

HISTORIÆ GERMANICÆ 65
cus, eidemque in Brixinensi Syno-
do Pontificatum abrogans substitu-
it Gvibertum Ravennatensem Ar-
chiepiscopum, Clementis nomen
tum accipientem. Romam post de-
ditione occupavit, aufugiente Hilde-
brando: ac plura hoc tēpore restitu-
isset Cæsar, nisi novis Saxonum moti-
bus, qui HERMANNVM Lucelbur-
gium (hic, quod Islebiæ, ubi allium a-
bundabat, electus, per ludibrium Rex
alliorum appellabatur) Rudolphi lo-
co elegerant, in Galliam Cisalpinam
retract⁹ fuisset. Paulo post vero Hen-
ricus Romam reversus eandem vi
expugnat, Hildebrando in mole Ha-
driani diu obseso & clam Salernum
aufugiente. Frustra igitur tentata in-
ter Henricum & Hildebrandum
concordia, denuo turboni abjudica-
tur Pontificatus, ac fufis postea Nor-
mannis in Campania, anno MXLVIII.
HENRICVS cum uxore Bertha per
Clementem Papam coronatur.

§. XCII. Anno sequenti furibun-
dama